

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII**

**Strabo**

**Basileae, 1539**

Epitomae libri septimi.

**urn:nbn:de:bsz:31-67095**



sum sitæ.  
nem maximam.

Quòd in Germaniæ tractu Hercinia sylua sit circa Sueuos nationem maximam. Quòd populi qui Germanis septentrionales magis sunt in curribus uitam degunt & pastorem, atque ex uno loco in alium facile migrant, quia thesauros non reponunt.

Quòd Drusus Tyberij filius bellum gerens atque re bene gesta prope Rhenum oppetit. Quòd Rhenus ab Albi fluuio distat stadiorum tribus millibus, rectà proficiscenti.

Quòd sylua Hercinia proceris arboribus frequens sit, & munitissimis in locis ingentem ambitum admittit. In medio sita regio est, quæ pulcherrime habitari potest. Nec longe ab hac distant Istri ac Rheni fontes, & lacus inter utrunque interiacens, & de Rheno effusæ paludes. Habètque lacus ipse ambitum stadiorum trecentorum. Est autem australior hic lacus quàm sint uel Istri fontes uel ipsa sylua Hercinia: ut necesse è Gallia ad syluam Herciniam proficiscenti, prius lacum hunc transire, mox Istrum. Postea per faciliora loca montanasque planities ad Herciniam sunt accessus.

Quòd alia etiam in istidem Sueuis sylua, Gabreta nomine, ingens iaceat: ultra quam Hercinia est, quæ & ipsa ab istis tenetur.

Quòd Cimbri appellantur Germani iuxta oceanum habitantes, hi usque ad Mæotin aliquando militiam egerunt. Ab his, qui Bosphorum incolunt Cimmerici uidentur nomen traxisse, quorum etiam Homerus meminit. Nam Græci non sine solœcismo hoc nomen ita efferunt.

Quòd Cimbrorum uxoribus in militandi societate coniunctis, consequentes nonnullæ diuinationis peritæ sacerdotes adhærebant. Quibus canus capillus erat, alba uestis, lintea è carbaso subter tunicam fibulis annexa, æreis incinctæ zonis, pedes nudæ, captiuis per castra strictis occurrebant ensibus, quos humi steruentes ad æreum craterem protrahebant, uiginti amphorarum capacem. Habebant & pulpitum quo agiliter conscenso tollentes in sublime captiuum, super lebetes iugulabant. Tum profuso in craterem sanguine, inde, dum stillaret uaticinium edebant. Aliæ scisso uentre intestina speculabantur, suis uictoriam acclamantes. In ipsis uero certaminibus, extentas ad carrorum uelamina pelles tantis ictibus pulsabant ut ingenti cum horrore fragor efficeretur.

Quòd ueteres Græci Mysos & Getas qui Istrum accolunt Thraces opinati sunt. Item colonos Mysorum Thraciæ, eos qui in Asia inter Phrygas & Lydos & Troianos habitant. Et ipsi insuper Phryges Thracum genus sunt, Briges dicti, quemadmodum & Mygdones & Bebryces & Medobithyni & Bithyni & Thyni & Mariandyni. Sed hi omnes Europam deseruere prorsus, præter Mysos, quorum etiam Homerus meminit. sunt enim nonnulli è Thracibus illis & Mysis qui à carnium esu & nuptiis ob religionem abstinent, quos appellat ipse inclytos equorum

mul

mulfores, lactop  
fit autem ut cum  
Zamolxin poste  
rens, quòd eos ad  
qui nunc Euxini  
puli qui tum illi  
reboliti essent  
mulieres ipsas, pr  
etiam sunt. Nam  
res autem Scythæ  
Scytharum reges  
& de frugalitate  
machum Maced  
uersus se bellum g  
epiam, impune d  
qui talem pauper  
diuisa ea terra qu  
pontum Euxinum  
Vnde etiam num  
tem Istri fluuij su  
bium appellabar  
ad Pontum ac pr  
quam cum Geti  
Getarum solitue  
Darius Histasp  
tionem suscepit, n  
Quòd à Peu  
pionem stadia su  
xime australe est,  
centa. Est autem h  
Quòd Leuc  
educta, sacra Ach  
nem & ortum H  
rum sursum nau  
offertur alioqui  
Istrum fluuium &  
getæ, mox Iazyg  
aquilonaris tract  
ad nostram utiq  
habitantes bellu  
trabentes Tasiun  
sinus iaceant. Ite  
sinus eodem nor  
insulæ forma, hu

mulsores, lactophagos, & *Bios*, id est cælibem & absq; mulieribus uitam ducentes. fit autem ut cum pauperes hi sint, iustissimam uitam agant. Est itaque uerisimile Zamolxin posterioribus seculis persuasisse Getis, ut Pythagoricam uitam ducerent, quòd eos ad philosophiam promptos deprehendisset. Quòd Pontus qui nunc Euxinus dicitur, prius axinos, id est inhospitalis fuerit dictus, quod populi qui tum illū accolabant feri essent, & qui Tauricam colebant, hospites mactare soliti essent. Quòd Scythæ omnia communia habere consueuerint, etiam mulieres ipsas, præter gladium solum & poculum. Cum autem sint *æbios* iustissimi etiam sunt. Nam iniustitia ob pecuniæ possessionem & cōtractus fieri solet. Veteres autem Scythæ erant pauperes. Testatur idem Homerus. Item Herodotus de Scytharum rege scribens, aduersus quem Darius Persarum rex duxit exercitum, & de frugalitate ipsorum ac simplicitate. Et Dromachetes rex Getarum, cum Lyfimachum Macedonum ducem, qui cum Alexandro quandoque militauerat aduersus se bellum gerentem uiuum cepisset, ubi suam gentisque suæ monstrasset inopiam, impune dimisit, illud addens, Non inferendum fuisse bellum hominibus qui talem paupertatem exercerent, sed ijs utendum ut amicis. Quòd bifariam diuisa ea terra quæ inter Pontum Euxinum & Germanos iacet, quæ ad ortum & pontum Euxinum sita est, eam Getæ habitant. Ad occasum uero Daci & Dani. Vnde etiam nunc apud Athenienses seruorū nomen frequētatur. Quòd partem Istri fluuij superiorem uersus fontem & usque ad Cataractas, antiqui Danubium appellabant, quæ plurima per Dacos fertur: inferiorem uero partem usque ad Pontum ac præter Getas uocabant Istrum. Habent autem Daci eandem linguam cum Getis. Quòd inter mare Ponticum ab Istro ad Tyram fluuium Getarum solitudo pertenditur, plana tota atque aquarum indiga. Quo in campo Darius Histaspis filius destitutus, quando traiecto Istro aduersus Scythas expeditionem suscepit, maximo in periculo fuit ne cum toto exercitu siti deleretur.

Quòd à Peuce quæ insula est, ostijs Istri comprehensa, usque ad Tyra eruptionem stadia sunt septingenta. At ab ostio Istri quod Sacrum appellatur, & maxime australe est, usque ad id quod maxime septentrionale est ostium, stad. sunt trecenta. Est autem hæc basis ipsius Peuces insulæ triangularem figuram habentis.

Quòd Leuca insula à Peuce uersus ortum stad. quingentis distat, in pelagus educta, sacra Achilli. Quòd deinde Borysthenes sit flu. mox ad septentrionem & ortum Hypanis flu. à Tyra flumine, ante hos Borysthenes insula. Cæterum sursum nauiganti Borysthenem ad stadia ducenta, eiusdem nominis urbs offertur alioqui Olbia dicta, amplum sanè emporium condidere Milesij. Inter Istrum fluuium & Borysthenem prima occurrit Getarum solitudo: deinde Tyra getæ, mox Iazyges Sarmatæ, & Basilæi appellati Scythæ. Quòd uniuersus aquilonaris tractus à Germania usq; ad mare Caspium, campestris est regio, quæ ad nostram utique cognitionem peruenerit. Quòd Roxoani circa Maotim habitantes bellum gesserint aduersus Mithridatis Eupatoris duces, imperatorem habentes Tasiim. Quòd Borysthenes flu. ostia in intimo recessu Tamyraci sinus iaceant. Itemq; Borysthenes insula. At Carcinites fluuius in secessu erumpit sinus eodem nomine dicti. Inter hos duos sinus Tauroscythia continetur, peninsulæ forma, huius pars australis rectum litus est, cursum Achillis appellant.

Quòd circa Mæotin loca præ magno frigore asinos non gignant. Est enim animal istud rigoris impatiens. Boues autem alij absque cornibus nascuntur, alijs amputantur. hæc enim pars à gelu oblæditur maxime. Equi pusilli apud eos nascuntur, pecudes magnæ. Traiectus autem Bosphori è Panticapæo ad Phanagoriam plaustris deambulatur, adeo ut tota uia cœnum efficiatur. Et fossiles illic sunt pisces, qui in glacie destituti lignonibus effodiuntur, præcipue Antacæi delphinis magnitudine æquales. Vitis per hyemem defoditur. Æstus per æstatem ingens est, forte quia corpora illic insueta sunt, aut quia nullæ spirant auræ, aut quia crassitudo aëris plus caloris concipit, quemadmodum in nubibus solis agunt radij.

Quòd post Borysthenis insulam ad ortum in continente nudus locus est, quem Achillis Sacrum lucum appellant: deinde Achillis cursus, & in mare porrecta Cherronesus. Est enim ad ortum fascia quædam in stadia mille producta, latitudine maxima stadiorum duum: minima, iugerum quaternum, distans à continente quæ utrinque ceruici huic adiacet, stadijs per mare sexaginta, harenosa, aquam tantum fossilem habens. In media hac, isthmi collum est circiter stadia quadraginta. Terminatur uero ad promontorium quod Tamyracen appellant, & stationem habet. Post illud sinus est Carcinites, magnitudine non modica, tendens in aquilonem ad stadia circiter duo millia, usque ad ipsum sinus recessum. Hunc sinum eodem quo promontorium nomine Tamyracen appellant. Hic isthmus ille est, qui lacum putrem uocatum, à mari separatur, stadiorum quadraginta, facitque Tauricam & Scythicam appellatam Cherronesum. Alij trecentorum sexaginta stadiorum isthmi latitudinem esse dicunt. Porro supra lacus stadiorum quatuor esse dicitur. Est autem pars Mæotidis uersus occasum, magnoque illius ore clauditur, paludosa uehementer & uix nauiculis subtilibus nauigari potest. Nam uenti cœnum facile detegunt, inde rursus opplent, adeo ut paludes ipsæ maioribus cimbis non sint peruiæ, sed illic detineantur.

Quòd Cherronesus urbs in Taurica, quæ antea proprijs legibus uiuebat, à Barbaris postmodum direpta è necessitatis adducta sit, ut Eupatorem Mithridatem præfulem sibi deligeret, aduersus Barbaros qui supra isthmum usque ad Borysthenem atque Adriam loca tenent, bella gesturum, quæ aduersus Romanos præludia parabantur. Ille igitur cum per has spes lubens exercitum in Cherronesum misisset, Scythis bellum intulit, eosque subiugauit, ac Bosphoro potitus est, ultrò accepta eius loci ditione à Pirisade qui eum tunc obtinebat. Ex eo tempore Cherronesitarum ciuitas in hunc usque diem Bosphoranis regulis est subiecta.

Quòd Postpactorum portum in Taurica, qui uersus occasum ac boream iacet, Tauricum litus sequitur à Ponto Euxino uersus austrum, longitudinem habens stadiorum mille, asperum, montanum, & aquilonibus procellosum. Sita est urbs Theodosia in Bosphoro. Cæterum in medio huius litoris promontorium est quod arietis frontem appellant, ex aduerso Paphlagoniæ & Carambidos promontorij. Inter Carambin & Arietis frontem interuallum stadiorum habet duo millia quingenta. A Theodosia Panticapæum usque Bosphoritana metropolim regio tota agrum habet feracem, præcipue tritici, stadia continens quingenta triginta. Urbs Panticapæa in ore lacus Mæotidis est sita. Panticapæum autem collis est in circulum habitatus ad stadia uiginti, Milesiorum ædificium.

Quòd

Quòd dicitur  
est eodem nomine  
Panticapæum tamen  
pergenti, Myrmecio  
dicitur à Myrmecio  
fretum, id est Bospho  
loco angustissimo  
uicium, Achilleum nomen  
tam stadiorum est  
preter Asiam ad d  
septem millia prox  
lunt. Huius pars  
Cæterum Taurica  
lis. Magnam eius partem  
lebant, gens Scythi  
isthmum est usque ad  
et montanam ora  
tris est & fertilis, i  
cassa est, triginta r  
cis ad Græcos cõ  
Atheniensibus nomen  
quod supra eos hab  
tur. Quòd dicitur  
ut mansuetiores  
belles. Quòd dicitur  
quam colon app  
te, eximia supra h  
res ad dies seruan  
ris uniuersa extra  
cens, quæ ab Iste  
Quòd quodam  
Thracij montes, i  
rectam. Huic line  
tes sunt sita loca.  
que ad ipsos mo  
magnitudine alti  
anicum uero, tota  
huius lateribus, u  
modum mons p  
gariatarum regio  
Gallicam & Illy  
ad Iapodas port  
turque Albia. Inte  
uocati. Porro B  
climate hinc mont

Quòd duo ostia Tanais inter se distant stadijs sexaginta, quo loco urbs est eodem nomine cum fluuio, Emporium Barbarorum maximum, post Panticapæum tamen. A Panticapæo uersus boream ad stadia uiginti sursum pergenti, Myrmecium est oppidum exiguum. Deinde Parthenium uicus stadijs à Myrmecio quadraginta, à Panticapæo uero sexaginta. Iuxta Panticapæum, fretum, id est Bosphori traiectus, stadiorum est septuaginta: à Parthenio uero, quo loco angustissimum est, stadiorum uiginti. Habet autem illic oppositum in Asia uicum, Achilleū nomine. Ex hoc loco longitudo lacus ad Tanaim urbem & insulam stadiorum est duorum millium ducentorum. Hunc numerum paulò excedit præter Asiam ad dextram partem nauigatio. Ad sinistrā uero & iuxta Europam, septem millia proxime excedit, ut totius lacus ambitus stadiorum ferè sit octo millium. Huius pars quæ in Europam uergit, deserta est, quæ ad ortum, habitatur. Cæterum Taurica Cherronesus & magnitudine & figura Peloponneso est similis. Magnam eius partem usque ad isthmum scilicet ac sinum Carciniten, Tauri colebant, gens Scythica, appellabaturque olim regio hæc uniuersa, & ferè quæ extra isthmū est usque ad Boristhenem, parua Scythia. Huius Tauricæ Cherronesi, præter montanam oram maritimam usque ad Theodosiam, reliqua pars tota campestris est & fertilis, in primis autem frumenti. Vbicunque itaque fossore forte proficissa est, triginta reddit. Hi tributum pendebant Mithridati Eupatori. Ex his locis ad Græcos cōmeatus frumentarios extitisse aiunt. Et Leuconem traditum est Atheniensibus misisse modiorum frumenti myriadas quindecim. Quādo autem quis supra eos habitant pastores sunt omnes, hi peculiariter agricolæ nominabantur. Quòd Scythicæ & Sarmaticæ gentis peculiaris mos sit, equos castrare, ut mansuetiores ad parendum fiant. Sunt enim parui, at celeres admodum & rebelles. Quòd in Scythia aquilæ non nascantur. Inter quadrupedia belua est quam colon appellant, magnitudine inter ceruum & arietem, corpore albicante, eximia supra hos leuitatis ad cursum, naribus potans ad caput trahit complures ad dies seruans, ut per carentes aquis agros facile pabulum carpat. Huius generis uniuersa extra Danubium regio est, in medio Rheni, & Tanaidis spatio iacens, quæ ab Istro fluuio incipit, & mari Pontico terminatur.

Quòd quodam modo ad Istrum fluuium paralleli sint, Illyrici & Pæonici ac Thracij montes, iuxta unam lineam ferè iacentes, ab Adria ad Pontum usque porrectam. Huic lineæ ad septentrionem iacent, quæ inter Istrum fluuium & montes sunt sita loca. Ad austrum uero, Græcia & continentes Barbaræ nationes usque ad ipsos montes. Iuxta Pontum itaque, Æmus mons est, cæteros eius loci magnitudine altitudineque superans facile, mediam diuidens Thraciam. Ad Adriaticum uero, tota ferè Ardea. Media iacet Pæonia quæ & ipsa tota edita est. Ex huius lateribus, uersus Thraciam quidem Rhodope, propinquus, & sublimis admodum mons post Ænum. Altera ex parte ad septentrionem, ora Illyrica & Angariatarum regio & Dardanica. Alpes autem usque ad Iapodas excurrunt, gentem Gallicam & Illyricam. Oera uero humillima est alpium pars, quæ ex Rhetica usque ad Iapodas porriguntur. Inde montes rursus attolluntur, iuxta Iapodas, uocanturque Albia. Inter Oeram & Albia iuxta lineam rectam in Istria montes sunt Caruanga uocati. Porro Bebia, adhuc magis uersus ortum sunt quam Albia, ita ut in quinto climate hi montes sint iuxta rectam ferè lineam locati, Oera, Caruanga, Albia, Bebia.

Inde montes superioris Mysiæ. Mox Aemus Thracius usque ad Pontum Euxinum. Recta itaque linea iuxta hos montes eiecta Istro ferè ex æquo adiacet.

Quòd litoris Illyrici initium Istria est, Carnis & Italiæ continua. Sunt autem ab intimo sinu Adriæ usque ad Polam urbem stadia octingenta, ac totidem Anconem usque Italiæ urbem. Cæterum Istriæ circuitio tota usque ad Albios montes, stadiorum est mille trecentorum. Deinceps est Iapodum cursus, stadiorum mille.

Quòd Iapodes ad Albium montem sint siti, qui ultimus est alpium & altissimus. tendunt hinc ad Pannonas usque & Istrum, hinc ad Adriam. Sunt autem Stigmatiçi quemadmodum Thraces & Illyrici cæteri. Quòd post Iapodum nauigationem Liburnica est circuitio, stadia habens mille quingenta. Huic, insulæ adiacet quadraginta numero. Et ante Iapodas insula iacet, Cyrectica. Ante Istros, Absyrtides insulæ sunt, quo loco Medeam Absyrtum fratrem necasse aiunt. Præterea Tragurium & Pharos ante Liburniam iacet, insignes insulæ. Item Iassa insula. Quòd Dalmatis peculiaris mos sit, per octennium ab inquilinis tributata exigere, Et quod numismate nullo utantur, id ipsis inter eius litoris accolis rursus peculiare est, cum cæteris autem Barbaris permultis, commune.

Quòd mons Adrius mediam Dalmatiam diuidit, hinc uersus mare, illinc uersus terram. Post hunc Naro fluuius est, & ante hunc Nigra insula, quæ Corcyra dicitur, Cnidiorum colonia. Quòd multæ nationes defecerint, & indices deficiant, è Gallis quidem Boij & Scordistæ, Ex Illyrijs Autariatæ & Ardaei, & Dardanij: è Thracibus Triballi. Hoc autem tempore, ne nomen quidem Thracum aut Macedonum est. Quòd post Ardaorum & Pleræorum oram maritimam Rhizæorum sinus est, & Rhizon oppidum, deinde ad austrum Drilo fluuius, nauigationem habens aduersam, ortum uersus usque ad Dardaniam. Propinquat Macedonia gentibus & Pæonicis ad meridiem: deinde Dyrachium urbs est, eodem nomine quo Cherronesus, Corcyreorum ædificium. Inde Apsus fluuius, ab hoc urbs Apollonia à Corinthijs ædificata. Mox Laus fluuius: deinde Baliaica urbs, & montes Ceraunij & Chaones, initium sinus Ionij, & insula Saso. Est autem propria appellatio Ionij, qua parte sinus incipit. Adriatici uero, qua interior eius sinus pars est. Hoc tempore, uniuersum eo nomine uocatur. Sunt autem è Liburnia ad Ceraunia usque per oram maritimam, stadiorum duo millia. Via à sinu Adriatico usque ad montes Ceraunios pedibus eunti, dierum est plus quàm quadraginta. Nauigatio per mare, dierum sex. Vniuersa hæc ora maritima frugum atque rerum omnium ferax est, uinetis atque arboribus optime conlita. Quòd quæ supra oram illam maritimam sita est, Illyria omnis montana est & frigida ac niuibus oppleta. Et quæ ad septentrionem spectat adhuc magis, ita ut raro uitem ferat. Hæc loca Pannonij tenent, ad austrum quidem usque ad Dalmatas & Ardaeos, ad septentrionem uero, usque ad Istrum fluuium. Ad ortum, Scordiscis proxima est, qua Macedonij & Thracum montes existunt.

Quòd in Autariatis insigni gente Illyrica aqua est, è uase quodam uerno tempore stillans. Hanc aquam haurientibus & dies quinque reponentibus coagulabatur & sal efficiebatur. Quòd post Scordiscorij regionem, Triballorum & Mysorum sit regio iuxta Istrum sita. Item paludes Scythiæ intra Istrum, quam minorem appellant. Quòd ab Istri ostio maxime australi, quod appellant Sacrum, uersus austrum per oram Ponti maritimam eunti ad stadia quin

quingenta, Ister  
tam aliud, Tom  
dia ducenta octo  
spatio, Odeffuse  
sembria Megare  
Ab Apollonia u  
lo Thynias & Sa  
aquilonem late pa  
usque ad Cyanea  
era Europæ, alte  
diorum, aut circi  
templo distant, qu

Quòd Thra  
hos oppidū. Et Se  
antij Poltyos op  
conlulentibus De  
num significans. I  
decem & septem a  
liorem locum Byz

Quòd pelan  
leserit in Pontum  
ris, ob exiguita  
mum incipit, ubi  
habet, & capitur  
maris gurgitem a  
modissime.

had cornu ceruino

Quòd qua  
filiæ Pelops è P  
lus nunc est dicta.  
ges & nonnulli ali  
cum Eumolpho  
Phenices qui cur  
Hyantes atque ex  
rops, Codrus, Ec  
tem & Græciam f  
loniam Cares &  
iacet, & ad ortum  
usque ad montem  
bet iuxta unamq  
& hi Illyrici mon  
dope, Aemus, è q  
bium hæc gentes  
inferiores, Scordi  
ten insulam prog

quingenta, Ister sit oppidum exiguum, Milefiorum ædificium: deinde oppidum aliud, Tomis, ad stadia ducenta quinquaginta. Inde urbs Callatis ad stadia ducenta octoginta, à Milefijis ædificata. In medio Apolloniæ & Callatidis spatio, Odeffus est. Postea mons Aemus usque ad mare progrediens: deinde Mesembria Megarensium colonia, postmodum Anchiale urbs, mox Apollonia. Ab Apollonia usque ad Cyaneas stadia sunt mille quingenta. In eo intervallo Thynias & Salmidessus est, litus desertum & lapidosum, importuosum, ad aquilonem late patens & apertum, longitudine stadiorum ferè septingentorum usque ad Cyaneas. Sunt autem Cyaneæ per exiguæ duæ insulæ iuxta os Ponti, altera Europæ, altera Asiæ contigua, freto disiunctæ quod latitudinem habet stadiorum, aut circiter, uiginti. Tantundem à Byzantium & Chalcedoniorum templo distant, quod est Bosphori Thracij & Ponti ipsius os angustissimum.

Quòd Thracū lingua urbs Bria appellatur. Vnde Mesembria, tanquā Mesios oppidū. Et Selymbria oppidū Selyos. Itē Aenos olim Poltyobria uocabatur tanquā Poltyos oppidū. Quòd Megarensibus aliquando oraculū de colonia consulentibus Deus responderit, ut urbem ex aduerso cæcorum locarent, Byzantium significans. Nam Chalcedonios appellabat cæcos, qui cum ad eum locum decem & septem annis prius appulissent, non aduerterint tanquam cæci, ut meliorem locum Byzantiū eligerent, sed Chalcedonem conderent quæ tenuior esset.

Quòd pelamis in paludibus lacus Mæotidis nascitur, inde ubi parum adoleuerit in Pontum descendit, atque ad Asiaticum litus Trapezuntem usque excurrans, ob exiguitatem non capitur. Inde ad Sinopen usque uenatio ipsius primum incipit, ubi paulatim augescens iuxta Byzantium insignem magnitudinem habet, & capitur maxime. Nam in cornu quod iuxta Byzantium est & sinuosum maris gurgitem ad occidentem conuersum ingrediens capiendum se præbet commodissime. Quòd cornu iuxta Byzantium nomen acceperit, quia mare illud cornu ceruino simile est. Habet enim sinus quosdam ramis non absimiles.

Quòd quam nunc Græci regionem habent, à Barbaris prius habitabatur, scilicet Pelops è Phrygia populum in eam partem duxit quæ ab ipso Peloponnesus nunc est dicta. Danaus uero ex Ægypto. Dryopes, Caucones, Pelasgi, Leleges & nonnulli alij, regiones Græciæ inter se partiti sunt. Nam Atticam Thraces cum Eumolpho tenebant. Ex Phocide, Aulidem Tereius. Cadmeam autem, Phœnices qui cum Cadmo uenerunt, tenuere. Bœotiam, Aones, & Tembices, & Hyantes: atque ex aliquot uocabulis Barbaricum adhuc manifestatur, ut sunt Cecrops, Codrus, Eclus, Cothus, Drymas, Crinanus. Et nunc sanè totam continentem & Græciam ferè & Peloponnesum & Macedoniam, Scythæ Sclaui tenent. Ioniam Cares & Leleges tenebant.

Quòd sub sexto climate Alpismons iacet, & ad ortum iuxta rectam ferè lineam dorsum eius montanum porrigitur, usque ad montem Aemum qui in pontum Euxinum desinit. Nomina autem habet iuxta unamquamque gentem hæc: Alpes, Oera, Caruanga, Albis, Bebia: & hi Illyrici montes sunt. Macedonici uero, Bertiscus, Scardus, Orbelus, Rhodope, Aemus, è quibus duo extremi Thracij sunt. Inter hoc dorsum & Danubium hæ gentes intersunt: Rheti, Vindelici, Norici, Pannonnes superiores & inferiores, Scordisci, Dalmatæ, Mysi superiores & inferiores, qui usque ad Peucecen insulam progrediuntur. Cæterum Illyrij & Macedones & Thraces ab hoc

dorso ad austrum tendunt. Quòd ex Apollonia in Adria, quæ Taulan-  
 tiorum Macedoniae urbs est prope Dyrrhachium sita, uia Egnatia incipit uer-  
 sus ortum per millia passuum dimensa, atque lapideis columnis notata, usque ad  
 Cypselum & Hebrum amnes. Est autem milliariorum quingentorum triginta-  
 quinque. Quod si in singula milliaria octo stadia computentur, uenient in hanc  
 uiam stadiorum quatuor millia ducenta octuaginta. Sin milliare, ut uolebat Po-  
 lybius, octo stadia duobus iugeribus, quæ stadij tertia pars est, superet, adijcienda  
 erit stadiorum quatuor millibus ducentis & octuaginta tertia pars, è quin-  
 gentis trigintaquinque milliariibus, id est, stadia centū septuaginta octo, ut in uni-  
 uersum fiant quatuor millia quadringenta quinquaginta octo. Quòd Ptole-  
 mæus latus Macedoniae septentrionale ait esse lineam per montem Bertiscum &  
 Scardum & Orbelum eiectam, ad ortum quidē usq; ad mediam Propontidē, ad  
 occasum uero, usque ad ostia Drilonis fluuij; ita ut partes horum montium & li-  
 neæ huius septentrionales partim sit Illyrica natio, partim Thracica. Porrò Strabo  
 non ita definit, sed uiam Egnatiam terminum Illyriæ & Epiri statuit, ab Apollo-  
 nia usque ad Lychnidium urbem exiguam, & locum quem Pylonis appellant. Ce-  
 tera huius uia per Heracleam et Lyncestas & Eordos, in Edeffam & Pellā usq; ad  
 Theffalonicam. Sunt autem hæc milliaria ducenta sexaginta septem. Reliqua pars  
 usque ad Hebrum fluuium totidem milliarium est. Quod ab urbe Apollo-  
 nia uia Egnatia Epirum terminat, uersus austrum, cōtentam à mari Adriatico us-  
 que ad sinum Ambracium. A sinu Ambracio uersus ortum usq; ad Ægeum, Hel-  
 las est, habens Peloponnesum à meridie. Quòd Strimon flu. Macedoniae et  
 Thraciam determinat. Thracia uero mari alluitur Ægeo, & sinu Nigro & Helle-  
 sponto & Propontide & Bosphoro ac Ponto Euxino, atq; in Æmum montem  
 finit. Septentrionale latus Thraciæ cōstituunt Æmus & Rhodope & Orbelus, mon-  
 tes, occiduum uero, Strimon fluuius. Quòd Myrtoum pelagus continetur  
 à Sunio usq; ad Corinthum & Sarconicum sinum. Deinde latere orientali Pelop-  
 onnesi usque ad Maleam & Cythera ac Cretæ partem borealem. In hoc mari  
 etiam Cyclades insule sitæ sunt. Quòd Dodona in Molossorum regione ia-  
 ceat, qui Epirum tenent. Quòd à Ceraunijs montibus & Chaonibus præter  
 terram nauigatio stadiorum est mille trecentorū, usque ad os Ambracij sinus, quo  
 loco finitur Epirus. Quòd à Cassiope portu Corcyre usq; ad Brundisiū sta-  
 dia sint mille septingenta. Quòd os ipsum Ambracij sinus stadiorū sit qua-  
 tuor, ambitus autē, trecentorū. Circumhabitant ipsum, à septentrione Amphilo-  
 chi, ab ortu Acarnanes, ab occasu Cassiopei, & Nicopolis ab Augusto cōdita. In  
 intimo sinu hoc Ambracia urbs est, à qua sinus nomē habet, nec procul à mari ab-  
 est. Hanc Pyrrhus Epirotarum rex, reddidit celebrem, regia sede illic constituta.  
 Fuit autem à Gorge Cypseli filio edificata Ambracia. Quòd Actij ludi sint  
 quinquēnales in Nicopoli. Quo loco Augustus Antonio nauali pugna deuictō,  
 tum ipsam urbem appellauit Nicopolim, quæ prius Actium dicebatur, iuxtaq; il-  
 lam ludos Actios instituit celebrandos. Quòd post Epigonorum aduersus  
 Thebas expeditionē, Alcmeon à Diomede accersitus, cum eo in Ætoliam & Acar-  
 nianiam est profectus. Cæterum cum illos ad bellum Troianum Agamemnon  
 accerseret, Diomede proficiscente, Alcmeon in Acarnania remanēs Argos condie-  
 dit, appellauitq; Amphilochicum cognomēto fratris. Inachum quoq; flu. qui per  
 illam

illam regionē in si-  
 iuxta Macedoniae  
 & Penei fontes. D  
 ferocida cognomi  
 locus uates, quos p  
 cet à dyrrhachio, tanqu  
 trachus ait,  
 è solo à dyrrhachio dicit  
 è solo à dyrrhachio dicit  
 appellat, sed de ciu  
 locus initio à tribu  
 nus sunt adhibere  
 arbore deinde à q  
 donam. Dabat aut  
 Ammoniacū: fort  
 cordes inspicent  
 uorum lingua, anu  
 uulgatæ columba:  
 as Dodonē hinc  
 nam habens tene  
 triplum, catenulis  
 limes, quoties sci  
 mpus ab initio  
 urbium cœpit, C  
 & copijs naualib  
 Postea à Romani  
 solo pro uerbio o  
 Macedonia ab oc  
 huicitori parallel  
 ne uero, linea rect  
 pen atq; Æmum  
 iuxta lineam rect  
 magnam Cherro  
 Ab austro autem  
 sus Theffalonica  
 Quòd Penei  
 Theffaliam fertu  
 mine, quem Hon  
 saliam uero ad N  
 continuus est, eru  
 lios Theffaliae.  
 tur urbs Perrhœ  
 Gyron à Tyrrh  
 uis, Ephyros dicit  
 Dion non sit in l



illam regionē in sinum influit, ab eo qui in Argiua terra est appellauit. Quòd iuxta Macedoniam & Thessaliam, circa Pœum montem & Pindum Æthices sunt & Penei fontes. Dodonæum autem oraculū in Thesprotia est, & Dodonam Thesprotida cognominarunt. Iacet autem in radicibus Tomari montis, à quo monte Iouis uates, quos poëta uocat ἀνιπρωπὸδας, Tomuri uocabantur, per syncopen scilicet à *τομοραροί*, tanquam Tomari custodes dicas. Hinc illud Odyssæ quod Amphimachus ait,

*εἰ μὲν δὲ ἀνήσῳσι Διὸς μεγάλῳ θεμιστες*, alij scribunt,

*εἰ μὲν δὲ ἀνήσῳσι Διὸς μεγάλῳ τομουραί*.

Nusquam enim Homerus oracula Themistas appellat, sed de ciuilibus & legitimis consuetudinibus id nomen usurpare solet. Is locus initio à tribus uiris tenebatur, qui uaticiniorum ministri erant, postea tres anus sunt adhibite. Prius apud Scotuffam urbem Pelasgicam istud oraculum erat, arbore deinde à quibusdam incensa, translatum fuit Apollinis oraculum Dodonam. Dabat autem responsa non uerbis sed per signa quædam, quemadmodum Ammoniacū: fortassis peculiari quopiam modo tribus columbis uolitantibus, sacerdotes inspicientes oraculum edebant. Aiunt in super Molossorum & Thesprotiorum lingua, anus appellari *πελιάς*, senes *πελιός*. Et fortasse uolucres non fuisse tres uulgatæ columbæ, sed mulieres uetulæ tres, quæ templo operā dabant. Quòd

as Dodonē hinc appellationem sumpsit. Lebes fuit æneus in templo, supra se statuatam habens tenentem flagellum æreum, donum Corcyrensiū. Flagellum erat triplum, catenulis intextum, dependentes habens talos. Hi lebetem cōtinenter pulsantes, quoties scilicet à uento agitabantur, longum sonum edebant, ut metientes tempus ab initio soni usque ad finem, etiam ad cccc. usque peruenirent. Vnde pro uerbiūm ccepit, Corcyrensiū flagellum.

Quòd Corcyra olim foelix extiterit, & copijs naualibus plurimum potuerit, sed à bellis ac Tyrannis aliquot sit deiecta. Postea à Romanis in libertatem restituta nullam laudem affecuta est, sed contumelioso prouerbio occasionem fecit, Libera est Corcyra, caca ubi uoles.

Quòd Macedonia ab occasu terminatur ora maritima Adriatici, ab ortu linea meridiana huic litori parallela, per Hebrum fluuium & urbem Cypselorū ducta, à septentrione uero, linea recta quæ per montem Bertiscum & Scardū & Orbelum & Rhodopen atque Aemum duci intelligitur. Hi montes à mari Adriatico initium sumentes, iuxta lineam rectam sese ad Pontum usque Euxinum porrigunt, faciuntque ad Notū magnam Cherronesum, Thraciam scilicet ac Macedoniam & Eporū & Achaiā. Ab austro autem finitur uia Egnatia, tendente ab urbe Dyrrhachio ortum uersus Thessalonicam usque. Est autem Macedonia figura parallelogrammo similis.

Quòd Peneus fluuius initio sumpto è Pindo monte, per Tempe perque mediā Thessaliam fertur, item per Lapithas & Perrhæbos. Atque assumpto Europo flumine, quem Homerus Titaresium uocat, Macedonia terminat ad boream, Thessaliam uero ad Notum. Cæterum Europi fontes è Citario monte qui Olympo continuus est, erumpunt. Est autem Olympus Macedoniae mons. Ossa uero & Pelios Thessaliae. Quòd sub radicibus Olympi iuxta Peneum flu. Gyrton habetur urbs Perrhæbica, & Magnetis, in qua regnarunt Perithousque & Ixion. Distat Gyrton à Tyrrene urbe Crannoniorū. aiuntque cum poëta dixisset τὸ μὲν ἄρ' ἐκ θεῶν κη, Ephyros dictos fuisse Crannonios, Phlegias autē Gyrtonios. Quòd urbs Dion non sit in litore Thermei sinus, in radicibus Olympi, sed circiter septē stadia

distat. Habet autem Dion oppidum, pagum uicinum, Pimplam, in quo Orpheus agebat. Quòd uates olim etiam musicen exercuerint. Quòd post Dion oppidum Haliacmon fluuius est, in sinum Thermæum egrediens. Ab hoc uersus boream ipsius sinus ripa, Pieria uocatur usq; ad Axium fluuium, in quo urbs est sita Pydna, quam nunc Citrum uocant. Deinde Methone et Alorus oppidū. Inde Erigon et Ludias fluuij. A Ludia ad urbem Pellam nauigatio est aduersa, stadiorū centū uiginti. Distat autem Methone à Pydna, stadijs quadraginta: ab Aloro, septuaginta. Pydna itaq; Piericum est oppidū: Alorus, Botaicum. In campo qui ante Pydnam est, Romani deuicto Persa regnum Macedonū euerterunt. In campo ante Methonam, accidit Philippo Amyntæ ut oculo caperetur, per obsidionē eius urbis catapultica sagitta ictus. Quòd Pellam urbem prius exiguam, Philippus in immensum auxerit, in ea educatus. Habet ante se lacū è quo Ludias fluuius exit. Lacum hunc efficit ab Axio fluuiō diuisa pars. Deinceps Axius est, qui diuisa terra Bottaria atq; Amphatitide, assumptoq; fluuiō Erigone inter Chalestrā & Thermen in mare erumpit. Super hoc fluuiō locus situs est, quem Homerus Amydonem appellat, aitq; Pæonum auxilia ad Troiam inde uenisse,

*τὴν δὲ πρὸς ἀμύδων ἀπὸ ἀξίου διρρυρόντι.*

Cæterum quia Axius turbidus fluit, fons autem ex Amydone limpidissima aqua huic miscetur, sequentem uersum ἀξίου οὐ καλλίσου ὕδατος ἐπικύδναται αἴης ita mutandum esse censent, ἀξίου ὃ καλλίσου ὕδατος ἐπικύδναται αἴης. Non enim Axij aqua pulcherrima omnium per terram fertur, sed eius terræ aqua limpidissima Axio miscetur.

Quòd post Axium fluuium Thessalonica urbs est prius Therme dicta, à Cassandro ædificata. Is de nomine uxoris, quæ Philippi Amyntæ erat filia, urbem hanc ita appellauit, atque circumiacentia oppidula in eam deduxit, ut Chalestram, Æneam, Cissum, & quædam alia. Ex hac Cisso quispiam existimarit Amphidamantē Homeri fuisse, quem auus Cisseus, ut inquit, educauit in Thracia, quæ nunc Macedonia uocatur. Quòd Berrea urbs in radicibus Bermij montis est sita.

Quòd Pellene Cherronesus, in cuius isthmo iacet quæ prius Potidæa nunc autem Cassandra dicitur, olim Phlagra fuerit uocata. Eam incolebant fabulis celebrati gigantes, gens impia, & iniqua, quos Hercules sustulit. Habet urbes quatuor, Aphytīm, Menden, Scionem, Sanen. Quòd Olynthi nauale sit Meciper na, in sinu Toronæo. Quòd iuxta Olynthum locus cauus sit, ab euentu Cantharolethros appellatus. Nam scarabeus qui circa hunc locū nascitur, ubi eū attingit illico extinguitur. Quòd ex aduerso Canastri promontorij Pallenæ Derris est promontorium, iuxta portum Surdum, & hisce sinus Toronæus definitur. Rursus ad ortum iacet Athonis promontoriū qui sinum Singiticum terminat: ut deinceps sint siti in Ægeo mari hi sinus, hoc modo se sequentes, Maliacus, Pagasiticus, Thermæus, Toronæus, Singiticus, Strimonicus. Promontoria uero ita iacent. Possidium quidem inter sinum Maliacū & Pagasiticū. Deinde ad boream Sepias. Inde in Pellena Canastrū. Mox Derris. Ab hoc Nymphæū in Athone iuxta sinum Singiticū. Ad sinū uero Strimonicum Acroatho est promontorium, inter quæ est Atho, cui ad ortum iacet Lemnos. Ad boream uero, sinū Strimonicū Neapolis finit. Quòd Acanthus urbs est maritima in Singitico sinu iacens, prope fossam Xerxis. Habet autem Atho urbes quinque, Dium, Cleonas, Thyssam, Olophyxin, Acroathon, hæc ad uerticem montis est. Cæterū Atho mons est acutissimus excel-

lissim

lissimus, manille fo  
ris antequā in litorea  
gatio, ab Acantho ur  
In hac Cherroneso la  
Strimonis ostia. Mo  
s, qui Macedonia &  
temporibus definit  
nis, Argilus, Drabif  
uum officinas, aurig  
quam dicas & jacob  
loco nunc sunt Phil  
argentea metalla hab  
Aliant preterea eos c

Quòd Strimo  
Quòd qui apu  
Macedonia fuisse  
nes dicebatur.

gens Thracia, Le  
phæ, ubi sint ubi ad  
gnomen Abderi h

periacet lacus inge  
nunc Riginia dictū  
& Dardanus frat

uersus Cererem pe  
grauit, urbem Dar  
cui que in Samoth

Quòd Cher  
ne, Hellepontum

nomine ingreditur  
Nigrum, Cardia: a

do isthmi stadioru  
generes forte etiam



continet ab intimo  
stadiorum ferè qu

cidem uero Locro  
Oetam & Trachi

las stad. ferè octin  
eodem sinu Amb  
rectus. Quò

ssimusq̄, mamillę formam habens. Qui in eius cacumine habitant, solę tribus ho-  
ris antequā in litore appareat, orientē uident. Est autē Cherronesi in circuitu nauia-  
gatio, ab Acantho urbe usq̄ ad Stagiram Aristotelis patriā stad. quadringentorū.  
In hac Cherroneso lacus est, Caprus, & insula exigua eodem nomine. Deinde sunt  
Strimonis ostia. Mox Phagras, Galepsus, Apollonia urbes. Inde sequitur os Nes-  
si, qui Macedoniā & Thraciam separat, ut Philippus et Alexander huius filius suis  
temporibus definiebant. Sunt autē circa sinū Strimonicū alię etiam urbes, Myrcia-  
nus, Argilus, Drabiscus, Datū, quod regionem habet optimam & feracē, Item nau-  
uium officinas, auricq̄ fodinas. Vnde prouerbiū est natum, Datus honorū, tan-  
quam dicas *ἀγαθὸν ἀγαθίδης*. Quod multa metalla auri sint in Crenidibus, quo  
loco nunc sunt Philippi, propemontē Pangeum. Et ipse mons Pangeus aurea &  
argentea metalla habet, & quę ultra ac citra Strimonem est regio, usq̄ ad Pęoniam.  
Aiunt præterea eos qui Pęonię agrum colunt, inuenire auri frustra quędam exigua.

Quod Strimon flu. ab Agrianis circa Rhodopen habitantibus initiū sumit.

Quod qui apud Homerū celebratur Asteropęus Pelegonis filius, ex Pęonia  
Macedonię fuisse traditur. Vnde Pelegonis filius dictus sit. nam Pęones Pelego-  
nes dicebātur. Quod urbs Philippi, Crenides olim uocaretur. Quod Sintia

gens Thracica, Lemnū insulā habitavit. Vnde Homerus Sintias eos uocat, dicēs,  
*Ἰθάκη μὲν οἰκιστὴν ἀνδρῶν*. Quod post Nessum fluuiū ad ortū Abdera sit ciuitas, co-  
gnomen Abderi habens quem equi Diomedis esitarūt. Deinde urbs Dicea, cui su-  
periacet lacus ingens, Bistoris. Inde urbs Maronea. Quod Thracię fluuius  
nunc Riginia dictus, olim Erigon appellatus sit. Quod Samothracen Iasion  
& Dardanus fratres coluerint. Ceterū cum Iasion fulmine ictus fuisset, quod ad-  
uersus Cererem peccasset, Dardanus ē Samothrace ad radices Idę montis demi-  
grauit, urbem Dardaniam appellans. Et Troianos qui illic sunt, sacramenta do-  
cuit quę in Samothrace habebantur. Vocabatur autem Samothrace prius Samos.

Quod Cherronesus Thracię, tria maria efficiat: Propontidem à Septentrio-  
ne, Hellepontum ab ortu, & sinum Nigrum à meridie, in quem fluuius eodem  
nomine ingreditur. Quod in isthmo Cherronesi tres urbes sint sitę: ad sinum  
Nigrum, Cardia: ad Propontidem, Patia: ad mediterranea, Lysimachia. Longitu-  
do isthmi stadiorum est quadraginta. Quod urbs Eleus in masculino effertur  
genere: forte etiam Trapezus.

LIBRI OCTAUI.



V O D Gręcia uniuersa, Cherronesis finitur. E quibus prima est Pe-  
loponnesus quę isthmo quadraginta stad. clauditur. Secunda est  
quę hanc ipsam continet, cuius isthmus est ē Pagis Megaricis usq̄  
ad Nisęam Megarensium nauale: traiectus huius est à mari Corin-  
thio ad mare Saronicum stad. centum uiginti. Quartus etiam hunc  
continet ab intimo sinu Crissæo usq̄ ad Thermopylas, quā linea recta intelligitur  
stadiorum ferē quingentorum octo, Bęotiā intra se totam cōprehendens, Pho-  
cidem uero Locrosq̄ Epicnemidios oblique secans. Quarta à sinu Ambracio per  
Oetam & Trachiniā in Maliacum sinum tendit, isthmū habens iuxta Thermopy-  
las stad. ferē octingentorū. Est & alius isthmus, stad. plus quā milliū quatuor, ab  
eodem sinu Ambracio, per Thessalos ac Macedonas usq̄ in Thermęum sinū por-  
rectus. Quod Pilus & urbs sit, iuxta illud,